


Lienem juvare corpus per accidens, quatenus excrementum abducit: dici potest, exemplariter loqui. Quare si omnia talia sunt per accidens: per se fuerint illa, quæ coquant.



*In utro ordine sit lien.*

CAP. IV.

**Q**uò igitur pertinet lien noster? Si Gal. audiamus non tantum loco jam citato, sed alijs omnibus, simpliciter est per accidens, quemadmodum etiam vesica fellea, cui ex adverso respondet de ipsius mente.

Apud Aristotelem non ita. Is enim, quia in-  
tuetur, nō hominem solum, ut Gal. sed omne  
animal: dicere quidem potest, Lien animali  
simpliciter accidit: quia datur animal quod-  
dam, quod lienem non habet. Ideò non est  
ex rebus, quæ animalitatis essentiam ingredi-  
untur, ut de restibus loquitur Averroës. Ita  
vesica fellea simpliciter est per accidens quia,  
ut Philosophus 2. Hist. 15. & Gal. ipse 4. ul. part.  
12. docet, non in omnibus animalibus est, &  
in quibus non est, pori biliarij rectà ab hepate  
ad intestinum duodenum pergunt, effundunt-  
que in illud, excrementum suum. Ita, Renes  
& ve-

*Arg. Ten  
castr. in.*